



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 22. Episcopi subscrunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

§æcūlū VI. bros Theodoreti in Defensionem Nestorii  
 A. C. 546. contra duodecim Articulos S. Cyrilli scri-  
 ptos, si quis eos laudet, & non anathema-  
 tizet, Anathema sit! Si quis defendat E-  
 pistolam impiam, quam Ibas ad Marim  
 Persam Hæreticum scripsisse dicitur, si  
 quis eam defendat totam, vel partem il-  
 lius, & eam non anathematizet, Anathe-  
 ma sit! in quolibet istorum Articulorum  
 exponuntur præcipui errores, quorum  
 Theodorus, Theodoretus, & Ibas insi-  
 mulantur.

*p. 714.* Deinde Imperator quibusdam obje-  
 ctionibus respondet; scilicet Concilio  
 Calcedonensi Epistolam Ibæ fuisse pro-  
 batam. Theodori Mopsuesteni errores  
 damnari posse non damnata ipsius Per-  
 sona. Tandem defunctos non esse con-  
 demnandos; quod fusissime tractat. In  
 conclusione dicit; Si quis hanc Doctri-  
 nam non amplectatur, in Judicio Divino  
 rationem redditur. Itaque hoc Re-  
 scriptum Epistolæ Dogmaticæ similius  
 est, quam Legi. Dies addita nulla est,  
 sed omnes conveniunt, anno 546. fuisse  
 promulgatum.

### §. XXII.

#### *Episcopi subscribunt.*

Imperator datis ad omnes Episcopos lit-  
 teris acriter instabat, ut Edicto tria  
 Capitula damnanti subscriberent. Pri-  
 mus

mus omnium Mennas Patriarcha Con- Sæculum VI.  
 stantinopolitanus statim quidem subscri- A. C. 546.  
 bere renuit, dicens, id Concilio Calce- *Facund IV.*  
 donensi adversari. Nihilominus subscri- *c. 4. Vicit.*  
 psit. Stephanus Diaconus & Legatus *Tun. an.*  
 Ecclesiæ Romanæ Constantinopoli præ- 549.  
 fens, qui Pelagio successerat, Mennæ in-  
 constantiam exprobavit, cum promisi-  
 set, nihil se sine Sanctæ Sedis consensu  
 facturum. Respondit Mennas, ea tan-  
 tum conditione se subscriptisse, ut si id E-  
 piscopo Romano non probaretur, suum  
 Chirographum redderent, quod etiam  
 jurato sibi promisissent. Hoc non ob- *Facund. IV.*  
 stante Stephanus Diaconus a Commu- *c. 3.*  
 nione Mennæ recessit, eosque, qui cum  
 Menna communicaverant, non prius re-  
 cepit, quam Pœnitentiam egissent. Da- *Id. cont.*  
 cius Mediolanensis & plures alii Episco- *Moc. p. 575.*  
 pi, qui tunc Constantinopoli versaban- *IV.c.4. p.*  
 tur, nec non magnus Catholicorum nu- *171.*  
 merus a Communione Mennæ se separa-  
 runt. Zoilus Patriarcha Alexandrinus  
 Condemnationi trium Capitulorum sub-  
 scripsit. Ephrem Antiochenus accepto  
 subscribendi Mandato obedire detrecta-  
 vit, sed postquam comminati fuissent,  
 eum Sede sua dejicere, vietas manus de-  
 dit. Petrus Jerosolymitanus coram ma-  
 gna Monachorum multitudine, quæ ad  
 eum confluxerat, addito juramento edi-  
 xit, si quis huic novo Decreto consenti-  
 S s 5 ret,

Sæculum VI. ret, eum Concilio Calcedonensi refragari; & tamen etiam ipse, sicut alii, consensit. Multi Episcopi protestabantur contra subscriptionem, quam Mennas Constantinopolitanus ab ipsis extorquet, quod Concilio esset contraria, atque

Vitt. Tun.  
an. 549. Lib.  
brev. in fine.

Libellos Stephano Diacono ad Papam transmittendos tradebant. Episcopis, qui damnationem trium Capitulorum approbabant, larga merces tribuebatur. Qui recusabant, deponebantur, aut prescribebantur. Multi fugiebant, & latreras quærebant. Tantum inter Fideles exortum est scandalum, ut exinde ipse Theodorus Cappadox dicere auditus uerit, se Pelagiumque, turbarum Auctores, si vivi cremarentur, non justo severiores pœnas daturos. Duo Patriarchæ Antiochenus & Jerosolymitanus brevi exinde tempore fatis functi. Ephrem successit Domnus, & Petro Macarius, uterque hujus nominis in sua Sede secundus. Ephrem multa opera scripsit, quibus Defensionem Concilii Calcedonensis, S.

Phot. Cod. 228. p. 774. cod. 229. p. 789. p. 782. Cyrilli, & S. Leonis suscipiebat. Horum Librorum Excerpta Photii industria nobis servavit. In illis visebantur Acta cujusdam Concilii Antiocheni, in quo Syncleticus Episcopus Tarsensis tanquam de Hæresi suspectus accusatus fuerat, eo quod a quibusdam Viris non Orthodoxis Libellos recepisset. Stephanus quoque

que Monachus Syncletici Cellularius ac. Sæculum VI.  
cusabatur. Atque uterque convictus A. C. 546.  
fuit, quod errores Eutychis teneret. Ve-  
rum Syncleticus eo adductus est, ut Fi-  
dem Catholicam profiteretur.

§. XXIII.

*Error circa Diem Paschæ.*

Eodem anno 546. de celebrando Die  
Paschæ Constantinopoli diversæ fue-  
re hominum sententiæ. Populus, cum  
crederet, illo anno Diem Paschæ incide-  
re in Primam Aprilis, in Dominica Die *Theoph.an.*  
quarta Febr. ultimo carnes manducavit. 19. p. 190.  
At Imperator certiora edoctus jussit, ut ad-  
huc tota illa Septimana usque ad Diem  
Dominicam sequentem undecimam Febr.  
carnes venderentur, quia Dies Paschæ  
octava Aprilis futura erat. Macellarii  
occiderunt pecora, carnesque venales  
exposuerunt. Sed nemo fuit, qui eme-  
ret, aut carnem comederet. Nihilomi-  
nus Festum Paschæ deinde illo tempore,  
quo Imperator jussicerat, celebratum est,  
& ita accidit, ut populus plus una He-  
bdomada, ac præscriptum erat, jejuna-  
verit. Græci abstinere incipiunt post  
Dominicam, quam nos Sexagesimæ, ipsi *Goar. not.in*  
vero *Tes Apocreas* dicunt, id est, Domi. *Theoph.*  
nicam, qua Hilaria agi solent. Sequen. p. 594.  
te Die Lunæ, & tota Hebdomada carnes  
non amplius comedunt, sed solummodo  
lactea,